UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

# C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

## Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

## Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Ad librum II.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1194

Visual Library

v.819. HÆC NOSTER DE REGE PIACULA SANGUIS SUMET) Vide infra lib.3. v.384.

v.837. HIC GEMINÆ PORTÆ) Virgil. 6. Æneid.

v.844. CASTAQ: IN VESTE SACERDOS) Infra lib.3. v.423. *Caſtus*, purum ſæpè ſignificat. Barthius, præclarè de bonis literis meritus hactenus, & mereri quoq; porrò ſtudens, lib. 31. c.12.

v.845. LAMPADA QUASSANS) lib.8.v.278. *Primus & ecce fero quatioq; hanc lampada.*

v.846. PROGENIES ATLANTIS) V.N. ad Prudent. I. in Symmach v.90 Natal.Com. lib.5.c.5.

v.848. CAMPOSQUE) V.N. ad Horat. XVI. Epod. v. 41.

v.848. UBI SOL) Nimirum in camp. Elyſiis Sol perpetuus ſine ſucceſſione noctis lucet. Claudian.2. de raptu v.283.——*Lumenq; videbis Purius, Elyſiumq; magis mirabile Solem.* Barth. lib.45. c.12. Confer Virgil.6. Æneid v.650.

v.849. APRICA DIES) Gloſ. *Apricus*, τόπος εὐήλιος. Onomaſt. προσήλιος. Becman.Orig. *Apricum quaſi Africum, à φρίκης, id eſt ſine horrore, ἡλιαζόμενον, εὐήλιον.* vide & Iſidor.Orig.14.c.8. & Feſtum. Lib. 3. v. 360. *Nilum apricum* dicit.

v.849. THIASIQUE) V.N. ad Virg. eclog. 5.

v.853. PŒNA MANEAT) V. N. ad Horat. XVI. Epod. v. Atq; hæc è libro primo, veluti metalla è ſuâ venâ, eruebam.

## AD LIBRUM II.

VERS. ALTA SECAT) *Secare fluctûs, æquor, altum*, poetis eſt navigare, ut Græcis κύματα τέμνειν. Oppian. Hal.1. v. ὅσσα βυθοῖσιν ἐπ' ἄγεια

ἄγρια κύματα τέμνειν. Æneid.5.v.2. *Fluctuſq; atros Aquilone ſecabat.* Sennca Hippol.v.228. *Nondum ſecabant credula pontum rates.* Troade v.1026. *Qui ſecans fluctum rate ſingulari.* Boeth.2. met.5. *Nondum maris alta ſecabant.* infra lib. 4. v. 270. *Rapidum ventis certantibus æquor Intemerata ſecat.* Idem eſt πόντον ἀναχίζειν, κόπτειν ὕδωρ. Ovid. 1. Triſt. 10. *Scindere Biſtonias altera puppis aquas.* Et 5.Triſt.3. *Scythicum profuga ſidere puppe fretum.* Adi Vechner.2. hellenolex. c.12.

v.7. Piseæ) Turneb.19.c.18. Ex Apollonio emendandum, *Tiſſea.* quanquam *Piſeam* in Orpheo legimus.

v.7. Mergunt) Vide infra v.442.

v.8. Jam Longa Recessit) Virg.3. Æneid.v.72. *Provehimur portu, terraq; urbeſq; recedunt.* Quæ enim prætervehimur, recedere à nobis videntur. Rutilius lib.1. *Alſia prælegitur tellus, Pyrgiq; recedunt.* infra lib.8.v. 12. egreſſi relegunt campos. Hoc Statio eſt *Decreſcere*; lib.2. Achilleid.v.4.—— *Et à tergo decreſcit Bachica Narox, Ante oculos creſcente Samô.* Ibid.v.507

—— *Et jam ardua creſcere nubes*
*Incipit, & Scyros longè decreſcere ponto.*

v.9. Attolit Magnes Equis) Lucan.lib.6. *Et Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis.*

v.9. Tondentes Pabula) Æneid.3.v.537. *Equos in gramine vidi Tondentes campum latè.* Georg 1. v. 15. —*Nivei tondent dumeta juventi.* V.N. ad eclog.10.v.7. Seneca Thebaide v. 129. *Bœotios Colonus agros uberis tondes Soli.*

v.13. Vela Legunt) Æneid.3 v.532. *Vela legunt ſocii.*

v.13. Remis Insurgitur) Infra v. 77. *Certatim remis agitur mare.* Virg.3.Æneid.v.56 *Eripite ò ſocii, pariterq; inſurgite remis.* Et 5.v.89. —*Nunc nunc inſurgite remis.*

v.17. IMMANIA MONSTRA GIGANTUM) *Monſtra* ſunt omnia deformia & minus uſitata videri animantia, tàm inter homines, quàm in cœlo Barth. lib. 54. c. 18. Dicunturque Gigantes δι' ὑπερβολὴν σωμάτων εἴτε μεγέθεσι καὶ ῥώμαις, ut ait Philo lib. de Gigantibus. Vide Thumam Fazellum De rebus Siculis decad. 1. lib. 1. c. 6. & dec. 2. lib. 1. c. 1.

v.22. TORQUET AB ALTO FULMINA) vide ſupra lib. 1. v. 695. Et v. 372. *Tortum non à Jove fulmen.* Claudian. *Torſiſſet fulminis alas*, vide ſtatim 3. Theb. v. 317. & infra v. 97.

v.24. SICULA PRESSUS TELLURE TYPHOEUS) Ovid. 5. Metam. v 346. & 2. Pont 10. Pindar. pyth. 1. & Olymp. 4. αἴτναν appellat ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα τυφῶνος ὀβρίμου. Nonnus lib. 2. Virgilius hæc tribuit *Encelado* lib. 3. Æneid. v. 578. infra lib. 4. v. 235. Seneca Herc. œt. v. 115. Galter. lib. 7. v. 122.

v.34. JAMQUE HYPERIONIUS METAS MARIS) Deſcriptio Solis occidentis. Credebant enim antiqui Solem mergere currum ſuum in Oceano. Ita Statius 3. Theb. v. 407.

*Solverat Heſperii devexo margine ponti*
*Flagrantes Sol pronus equos, rutilamq; lavabat*
*Oceani ſub fonte comam, &c.*

Infra lib. 3. v. 729. lib 4. v. 90. lib. 5. v. 177. lib. 6. v. 27. Sol oriens deſcribitur lib. 1. v. 311.

*Alma novo criſpans pelagus Titonia Phœbo.*

Lib. 2. v. 75.

*Cùm primus equis exegit anhelis*
*Phœbus Athon, mediaſq; diem diſperſit in undas.*

Lib. 3. v. 410.

*Ubi puniceas oriens aſcendit undas.*

Lib. 4. v. 422.

*Poſtera non caſſa Minyis Aurora retexit*
*Noctis iter.*

Nox,

Nox, lib. 1. v. 274.

*Sol ruit, & totum Minyis latantibus unda*
*Deduxere diem.*

Lib. 5. v. 107.

*Jamq; reducebat noctem polus.* Et v. 078.
*Nox hominum genus & duros miſerata labores*
*Retulerat feſſis optata ſilentia terris.* Et v. 690.
*Et jam ſideream noctem demittit Olympo.*

Lib. 6. v. 751.

*Nox ſimul aſtriferas profert mortalibus umbras.*

Triduum deſcribit lib. 3. v. 1.

*Tertia jam gelidas Tithonia ſolverat umbras,*
*Exſueratq; polum.*

Septiduum, lib. 1. v. 283.

*Septem Aurora vias, totidemq; peregerat umbras*
*Luna polo.*

Veſper, lib. 4. v. 376.

*Vel rueret ſummo jam frigidus athere veſper.*

v. 37. RUPTO SONUIT SACER ÆQUORE TITAN.) Solem cum ſtridore mergi, poetæ fabulantur. Auſonius:

*Condiderat jam Solis equos Tarteſſia Calpe,*
*Stridebatq; freto Titan inſignis Ibero.*

Et Statius 2. Silv. carm. 7. de Bæticâ loquens:

*Felix heu nimis & beata tellus,*
*Quæ pronos Hyperionis meatus*
*Summis Oceani vides in undis,*
*Stridoremq; rota cadentis audis.*

Vide infra lib. 4. 6. 91.

Hauſere id ex Poſidonio Philoſopho poetæ, (ut teſtatur Strabo lib. 3.) qui *Solem circa Tarceſſi littora* multò majorem *occidere* affirmabat, & *cum ſtrepitu*, perinde atq; in profundum ibi incideret, pelaguſque ad ejus contactum effervesceret. Ludovic. Nonius in Hiſpaniâ c. 12. T. 4. Hiſpan. illuſt. p. 395. Ridiculus au-

tem

tem eſt Steſichorus, qui aureo poculo innixum ſolem tranſire mare putavit: ἅλιος, inquiens, ὑπεριονίδας δέπας ἐσκατέβαινε χρύσεον, ὄφρα δι' ὠκεανοῖο περάσας ἀφίκηθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς.

v. 38. SE VERTENTIS OLYMPI) Seneca Troade v. 437.

*Partes ferè nox alma tranſierat duas,*
*Clarumq; ſeptem verterant ſtellæ jugum.*

V. N. 8 Triſt. 3. v. 47.

v. 41. IPSA QUIES RERUM) Statius 7. Theb. v. 450.
——*Donec Sol montibus omnis Erepſit, rebuſq; dedit ſopor ocia feſſis.*

v. 42. STELLATUS) infra v. 500. *ſtellantia lumina.* vide Indicem Dracontii.

v. 42. CRINIBUS) Nihil uſitatius, quam ſtellis attribui *Crines.* infra lib. 5 v. 415. *Et madidis rorantes crinibus ignis.* Et v. 369. *Nox luciferas crinita faces.* Lib. 3. v. 131. de typhone: *Quem Juppiter altè Crine tenet.* Virg. 5. Æn. v. 528. *Crinemq; volantia ſidera ducunt.* Cl. Mar. Victor lib. 1. in Geneſ. v. 95.

——*Fundataq; ſemina lucis*
*Puniceos roſeo ſparſerunt ſemite crines.*

Etiam *Cometa* dicitur *crinitus & barbatus.* Claudian. *Ferali crine cometa.* Silius Italicus lib. 1. *Crine ut fatifero terret fera regna Cometas.*

v. 43. AC VELUT IGNOTA) Terriculamenta nocturna moleſta eſſe ſolent, etiam ſine cauſâ. Cujuſmodi terrores & horrores noctu iter facientibus occurrunt: ut hîc Valerius teſtatur. Cui adſtipulatur Silius lib. 6.

——*Silviſq; per avia caſis*
*Ablati, furtim multo cum vulnere ſolos*
*Per noctem metantur agros; ſonus omnis & aura*
*Exterrent, pennaq; levi commota volucris.*

v. 44. NOCTIVAGAM ITER) Statius 12. Theb. v. 132.

nocti-

*noctivagum gregem*: Attius, *noctivagum Lunæ curſum*: Lucret. lib. 4. v.586. *noctivagum ſtrepitum Faunorum*; & lib.5,v.1192. *noctivagas cœli faces*, dixit.

v.44. CARPIT ITER) Statius 12. Theb. v.144. *Debile carpit iter.* Horat.2. carn.17. *Supremum carpere iter comites parati.*

v.45. NOCTISQ; METÛS) Onoſander Strateg. c.42. καὶ πᾶν τὸ ἐν νυκτὶ, κἂν μικρὸν ᾖ, φοβερώτερον.

v.46. UMBRIS MAIORIBUS ARBOR) Virg. ecloga I. *Majoriſque cadunt altis de montibus umbræ.*

v.52. HORRUIT IMBRE DIES) Boethius lib.1.met. 6. *Cùm ſævis Aquilonibus ſtridens campus inhorruit.* Virg.5. Æneid.v.11. *Inhorruit unda tenebris.*

v.54. DECIMÆ TUMOR UNDÆ) Graſſiſſimam maris tempeſtatem τρικυμίαν nominant, ὅταν τὰ τρία κύματα εἰς ἓν συναφθῇ. Etymolog. tamen à τρέω timeo, & κῦμα deductum vult: ut σφοδροτάτην καὶ δεινοτάτην τῆς θαλάσσης ταραχὴν ſignificet. Nominari etiam δεκακυμίαν comperimus: quemadmodum Latini *Decumanum fluctum* vocant. Ovid. Metam.11.v.531. *Decimæ impetus undæ.* V.N.1. Triſt.2.v.50. Politian. miſcell. c.86. Seber. ad Pollucem p. 155. Feſtum.

v.62. QUÆ DELAPSA POLO REFICIT MARE) Lipſ. lib. 2. Phyſiolog. Stoic. c. 14. vide infra lib. 3. v. 410.

v.69. CERERIS TUM MUNERE FESSAS RESTITUUNT VIRES) Lucret. lib.1.v.854 *Cibus auget corpus alitque*, Et lib.2.v.1147. *Omnia debet enim cibus integrare novando, Et fulcire cibis, ac omnia ſuſtentare.* Et lib.4.v. 868. *Propterea capitur cibus, ut ſuffulciat artûs, Et recreet vires interdatus.* Vide Tiraquell. de nobilit. c.31.n.178.

v.71. REGUNT SUA SIDERA PUPPEM) *Sua* voce utuntur ſcriptores pro eô, quod alicui rei competit. Barth. lib. 24. c. 15. Exempla alia congeſſi 3. Triſt. 5. v. 4.

v.73. ALBET AGER) Ita ferè Apulejus lib.7.Met. *Ut primùm, tenebris abjectis, dies inalbebat, & candidum Solis curriculum.* vide lib.3 v.166. ibid v.157. *Orta dies, notaq; (nefas) albeſcere turres.* Lib.7.v.22. *Ecce vidit tenuè candeſcere lumen eoô.*

v.77. CERTATUM REMIS AGITUR MARE) Nonnus lib.3. v.46. νηέμον ἀφριζόμοισιν ὕδωρ ἐχάρασσον ἐρετμοῖς. Homer.Odyſſ. δ. v. 580. ἑξῆς δ' ἑζόμενοι πολιὴν ἅλα τύπτον ἐρετμοῖς. Apollon.lib.1.v.914. —ἔνθ' ἄρα τοίγε κόπτον ὕδωρ δολιχῇσιν ἐπικρατέως ἐλάτῃσιν. Supra v. 83. *Remis inſurgitur.* vide lib.1.v.450.

v.85. JUNONEM VOLUCRI SUSPENDIT OLYMPO) Homer. Iliad. ο. Natal. Comes lib.2.c.4. V. N. ad Hilarii Geneſin v.86.

v.88. VULCANUM VERTICE CŒLI DEVOLVIT) Natal. ibid. c.6.

v.90. TURBINIS IN MOREM) vide lib. 1. v. 626. infra v.196. 262. lib.3. v.42.77. lib. 4. v.260. *Bebryx, Maleæ velut arce frageſâ Turbo rapax.* Et v. 451. *Niger intortô ceu turbine nimbus.* Et v.509. Lib.6.v.353. *Magno veluti cùm turbine ſeſe Ipſius Eubææ frangunt in limine venti.* Virg. Æneid. 10. v. 603. *Torrentis aquæ vel turbinis atri more furens.* Et 12. v. 923. *Volat atri turbinis inſtar.*

v. 93. ALTERNOS ÆGRÔ CUNCTANTEM POPLITE GRESSÛS) i. claudicantem. Quô enim pede ægrotabat, eò cunctantiùs deteriusq; incedebat. Turneb lib.3.c.13. σκάζοντα πόδας nominat Nonnus lib. 5.v.141. Et lib.2 v.225. σὺς πυρόεις ἥφαιστος ἀπειθέα γοῦνατα σύρων. Vide Plutarchum *De facie Lunæ.* Ciceron. 2. de Nat.Deor. P.Victor. lib.29. var. lect.c.20.

v.96. LIPARES DOMUS) *Lipara*, inſula una ex ſeptem Æoliis, Vulcano conſecrata. Scholiaſt. Juven. ad Sat.13. p.115. & ad Sat.1.p.2.

v.97. ÆGIDE) De hac Euſtath. in Iliad. p. 458. & 191.

191. infra lib 3.v.87. *Ægiſtrô quam nec fera pectore virgo Depulerit.* Lib.4. v.604. *Divaq; Gorgonei geſtatrix innuba monſtri.* Lib. 6. v. 173. *Ipſaq; Pallas Ægide terrificâ, &c.* Et v.396. *ægida tum primò Virgo ſpiramq; Meduſa Tercentum ſævis ſqualentem ſuſtulit hydris.* Nonnus lib. 17.v.291. αἰγίδα vocat κυβερνήτειραν ἐνυῦς. Et lib.24 v.299. Αἰγίδα τειτογενέης.

v.97. FULMINIS ALIS ) Claudian. 2. de raptu v. 228. *Ni Juppiter æthere ſummo Pacificas rubri torſiſſet luminis alas.* vide infra lib.6.v.527. ſupra v.22.

v.100. MARTEM TENUERE CATENÆ) Ovid 4. Metam. & 2. de arte Homer. Odyſ. θ. Natal. Com. lib. 2.c.6. Nonnus lib.5. v.583.

v.103. CRINEM SUBNECTITUR AURÔ ) Aureis funiculis nectere capillos mos. Ovid. 12. Metam. v. 395.

*——— Barba color aureus, aureaq;*
*Ex humeris medios coma dependebat in armos,*

Juvenal. Sat.2.

*Reticulumq; comis auratum ingentibus implet.*

Infra lib.6. v.709.

*——— Comæ; quas flore Sabæo*
*Nutrierat, liquidoq; parens ſignaverat aurô.*

Coluthus de Bacho : χρυσείοις δ' ἑκάτερθε πιασσόμενον πλοκάμοισι. Adi Tiraq. connub.3.p.32. in *Crobyle.*

v.104. DIFFUSA SINÛS) Mox v.104. *Maculis ſuſpecta genas.* v.142. *Icta genas.* v.150. *Picta manûs.* vide infra v.207. lib.6.v.136. lib. 7. v.362.

v.116. VESTIGAT) Varro lib.4. de LL. *Veſtigator à veſtigiis ferarum, quas indagat.* Gloſ. ἰχνεύω, *veſtigo.* Eutyches lib.2. de diſcern. conjug. infra lib.4.v.434. *Veſtigatq; ratem.* Lib.7.v.158. *Et fulvô vulnerem veſtigat Olympo?* Statius XI. Theb. v.137. *Veſtigat Polynicis iter.* Et lib.9.v.365. *Miſeri nequiquam funera nati veſtigat.*

v.117. DIGNA ATQ; INDIGNA) vide Comment. Terent. p.583.

v.120. TERRASQ; FATIGAT) De Fama Ovid. 8. Metam. v. 39. Virgil. 4. Æneid. Tertull. apologet. cap. 8.

v.122. QUALIT OPPIDA LINGUIS) κλονέει. Variè uſurpat hoc verbum Valerius. vide lib.1.v.698.748 lib.2.v.501. lib.3.v.20 v.337. lib. 5. v. 93. 272. 310. 563. lib.8.v.276.262 278.466. vide & lib. 1. v. 82.

v. 126. HANC SUPERINCENDIT) Vide Magir. in Polymnemone, tit. Fama n. 21. & 22. & n. 1.

v.128. PRÆCURRERE QUALIS BELLA SOLES) Elegans & copioſus de hoc eſt Gruterus, optimè his de literis meritus; in Diſcurſ. ad Tacitum, parte I. tit. *Ipſa plerumq; fama bella profligari*, p.63.

v.130. INNUMERÛM) Crebra & familiaris eſt huic autori Syncopa. lib.1.v.1. *Deûm*. v.45. *Divûm*. v.121. *Virûm*. v.241. & 455. *Semiferûm*. v.496. *Virûm*. v.498. *Grajûm*. v.555. & 688. *Deûm*. v. 757. *famulûm*. Lib. 2. v.16.18.170.179. 456. 557.658. lib.3.v.4.19.40. 85. 125. 165.214. 220.223. 275. 441.716. lib 4.v. 86.152. 341. 351. 425.471.476.525. 540.576. lib.5.v.313.329.386. lib 6. v. 102.369.388.391.410.443.485.504. lib.7. v.171.

v. 130. FLATÛS EQUORUM) V. N. ad Dracont. v. 160.

v. 133. RABIDAS DOLOR UNDIQUE MATRES INSTIMULET) Nihil uxores æquè exaſperat, quàm virorum congreſſus cum externis impudiciſq; mulieribus: & quidvis aliud in marito, quàm pellicem, æquioribus oculis adſpiciunt. Videatur Seneca in Medéa v.579. & Herc. Oet. v.233. & cumprimis Tiraquellum connub. 13. n. 27. & ſeqq. itemq; connub. 61. n. 1.

v.173 EXESAM CURIS) Lib.4.v.468. *Qui te exedit labor, & miſeru feſtina ſenectus*. Statius lib. 2. v. 319. *Exedere animum dolor iraq; demens*. Lucret. lib. 3. v. 1008. *Quem volucres lacerant, atq; exeſt anxius angor*. Poetæ Curas vocant μελεδῶνας, ceu membra edentes: quòd

quòd univerſum adipem, & quicquid carnis molle ac recens concretum eſt, ſolvant & liquefaciant. Hinc vetuit Pythagoras inter cætera, μὴ ἐσθίειν καρδίαν.

v.140. Longô Mulcent Insomnia Pensô) Tiraq. connub. 10. per totum.

v.146. Indignô Amore) Virg. eclog. 10. *Indignó cùm captus amore periret.* Ibi Alberic. Gentilis, lect. Virgil. c. 19. *Indignus amor, qui præ magnitudine æſtimari non poſſet, nec narrari propter vilitatem.*

v.150. Picta Manûs) Barbaræ mulieres manûs ſibi pingere ſolebant; &, ut opinor, etiam ad candorem gypſare. Turneb. 12. c. 18. Confer mox v. 159.

v.152. Thalamis) i. conjugiis. Claudian. de bello Gildon. v. 166. *Inſtat thalamis obſcenus adulter.* Et lib. 1. de raptu v. 104. *Sed thalamos etiam prohibes?* Notatum Barthio.

v.156. Simile Ut Flammis Simus Genus) Si hoc de amore ac libidine mulierum, quâ furenter inflammantur, accipiendum; cum vide Tiraq. connub. 15. n. 58. Comment. Terent. Eunuch. 1, 2. Sin de iræ furore, quô exardeſcunt; conſulè itidem Comment. Terent. p. 651. Maſſerius hic: *Eſt ſanè mulier, flamma, cruenta ſcorpionis percuſſio, iniquitatis via, janua diaboli, genus viris noxium, mentis caſtæ tentamentum, labes prima, viſcus inevitabilis, urens ventus; quum admovetur ſtipula, ignem accendens.*

v.157. Lacte Ferino) Ovid 3. Triſt. 11. *Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferinô.* Vide ibid. notas & 1. Triſt. 7. v. 43. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 87.

v. 158. Durata Gelu) Statius 2. Achill. v. 393.

—— *Durataq; multô ſole geluq; cutis.*

v.159. Virgata) Threiſcam mulierem, quæ variis compuncta notis, *virgatam* appellat. Paulò antè dixerat *pictam* v. 150. *Picta manûs, uſtoq; placet ſed barbara mento.* Ita nominat, quæ ſtigmata in manibus

& mentô habebas. Sed & toto corpore ſtigmatis erant notatæ. Herodotus & Thracum mulieribus: τὸ μὲν ἐστίχθαι, εὐγενὲς κέκριται· τὸ δὲ ἄστικτον, ἀγενές. *Virgata* igitur eſt ἡ ἐστιγμένη, & ſtigmatis compuncta. Malè igitur Turnebus lib. 2. c. 14. Virgatam accipiebat virgatis veſtibus ornatam. Claud. Salmas, vir doctiſſimus, in Notis ad Vopiſcum p. 512.

v. 165. DOLOR IRAQUE SURGIT) Lib. 4. v. 253. *Odia aſpera ſurgunt Ignotis priùs, atq; incenſâ mente feruntur.* Lib. 1. v. 678. *Truces conſurgere in iras.* Lib. 2. v. 454. *Surgitq; miſerrima pugna.* lib. 5. v. 221. *Impia jam ſurgunt prælia.*

v. 166. NÆ ULLI VANA FIDES) *Nam nos in vitium credula turba ſumus.* Ovid. 4. Faſt. v. 310.

v. 171. NUDISQ; SUB ASTRIS) Lib. 8. v. 454. *Eademq; ſub aſtris ſola movet.* Horatius dicit, *Sub Jove frigido.* 1. Carm. 1.

v. 172. CONDENSÆ) Verbum Lucretianum lib. 2. v. 99. *Quorum condensô magis omnia conciliatu Artari poſſunt.* Et lib. 1. v. 595. *Agmine condensô naturam corporis explent.*

v. 173. STYGIAS TEDAS) Vide Ovid. Metam. 4. v. 481.

v. 178. PLAUSTRA SEQUI) Supra v. 160. Plauſtrô direpta nurus. vide lib. 6. v. 81. Loquitur autem *de Hamaxobiis*; qui, quia pro ſedibus plauſtra habent, ſic dicti ſunt. Eos Vadianus eſſe credit, quos Poloni *Moſcovitas* vocant, corruptô vocabulô.

v. 179. STRAGEMQ; DEUM) Dii etiam Bona noſtra, opes, divitias, notant, non ſecus ac Fortunæ noſtræ. Valerius hîc. Barth. lib. 23. c. 1. Maſſerius templorum everſionem intelligit.

v. 182. MANUS ARMABIMUS IGNE) Ovid. 2. Triſt. v. 268. *audaces inſtruit igne manus.*

v. 184. IGNEA TORQUENS LUMINA) Prudent.

Pſych.

Pſych. v.114. *Sanguinea intorquens lumina*; Ibi V. N. & 4. Triſt. 2. v.31. & infra lib. 4. v.234. Joſeph. Iſcan. lib.4.v.396. *Igneſcentia torquens lumina.* Oculis autem inflammari, iracundorum eſt. Coint. Smyrn. lib.3.v.35.

——— ἐν δέ οἱ ὄσσων
πῦρ ἄμοτον μάρμαιρε.

Theocritus Heracliſco de ſerpentibus:

——— ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
ἐρχομένοις λάμπεσκε

Vide ſupra lib.1. v.753. & lib.5. v.520. & lib.7. v.415.

v.186. Evictaq; ) Lib.1. v.248. *Dubiisq; evincite rebus.*

v.187. Sacer Gemitus) vide ſupra lib.1.v.803. & Barth. ad Claudian. 1. de raptu v.25.

v. 188. Delubraq; Festa Fronde Tegunt) Coronare templa, eſt, frondibus ea contegere. Euripides Jone:

χο. ἄρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν
φοίβου κατέχει δόμος; Ιων. στέμμασί γ' ἐνδυτὸς
Ἀμφὶ δὲ Γοργόνες.

*i. an revera in medio* (terræ) *umbilico Phœbi delubrum eſt?* Ion. *Coronis etiam redimitum, & circa Gorgones.* Adi Paſchal. lib.4. Coron. c.18.

v.190. Jamque Domos Mensasq; Parant) Antiquitus peregrè advenientibus cænam parabant. vide Comment. Terent. p.172.

v.192. Barathri) Inferas damnatorum domos & ſpeluncas ſtygias poetæ *Barathrum* ſæpe vocant. Cl. Mar. Victor. lib 1. v.425

——— *Cuperet ſi forte pateret,*
*Condere ſe barathro.*

Juvencus lib.4.

*Quas* (pœnas) *Pater horrendis barathri per ſtagna (profundi*
*Dæmonis horrendi ſociis ipſiq; paravit.*

Prudentius Apotheoſ. v. 853.

*Inferni petat ima poli, barathroq́ꝫ coquatur.*

Nonnunquam quamvis profundam voraginem. Silius lib. 9.

*Qui ſe poſtquam Ætnæ merſit candente barathro.*

Prudentius periſteph. 2. quod v. 238. nuncupat *lugubre antrum*, mox v. 249. *barathrum* dicit: *In hoc barathrum conicit Truculentus hoſtis Martyrem.* Ubi Schol. *Baratrum nomen immenſæ profunditatis.*

v. 193. PHLEGYAM ET THESEA JUXTA) Virg. 6. Æneid. *Sedet æternumq́ꝫ ſedebit Infelix Theſeus, phlegyasq́ꝫ miſerrimus omnes Admonet.* Natal. Com. lib. 3. c. 16.

v. 195. TORMENTI GENUS) Ex Virgilio eſt. Æneid. 8. v. 487.

v. 204. PAVOR) Heſiod. in Theogon. v. 931.

——————— ——————— Ἄρηϊ
ῥινοτόρῳ Κυθέρεια φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν
δεινὼς, οἵτ' ἀνδρῶν πυκινὰς κλονέουσι φάλαγγας, &c.

Nonnus lib. 2. v. 415.

Καὶ βλοσυρὼς δύο παῖδας Ἐνυαλίοιο κορύσσας
εἶχε φόβον καὶ Δεῖμον.

v. 304. DISCORDIA DEMENS) Infernale hoc & inauſpicatum ſodalitium etiam à Senecâ, cothurnô elegantiſſimo depingitur in Oedipo v. 590. iterumque Herc. Fur. v. 688 Confer Petronium De mutatione Reipub. Romanæ, ubi & Diſcordiæ graphica deſcriptio; & Prudent. in Pſychomachiâ.

v. 205 GENIS PALLENTIBUS IRÆ) Communi enim fertur adagiô, iracundiſſimos eſſe flavos rubenteſq́; Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19. Joh. Saresber. lib. 5. Policrat. c. 15.

v. 207. EXERTA MANÛS) Enallage participii paſſivi pro activo: *exerens manûs.* vide ſupra v. 104. infra v. 212. *Taboq́ꝫ ſinûs perfuſa recenti.* v. 249. *illa pias armata manûs.* v. 470. *oculos dejecta pudore.* lib. 3. v. 314. *Fuſa comas.* & alibi.

v.212. TABOQUE) Gloſ. *Tabo*, αἵματι νεκροῦ, λύθρῳ. vide Chariſiam, & Martin. in Lex. infra lib.4. v.747. *Sanie taboq; recenti.*

v.221. UT ERANT) Elegans loquendi genus, quod idem valet, ac ſi quis dicat, eadem formâ, eodem habitu, vultu & cultu. Notavit Jan. Caſper. Gevart. ad Statium 2.Silv.carm.1.c.7. vide lib.7.v.211.

v.221. DAPIBUS VINOQ; SOPOROS) Petron.—*Sepultos Priamidas nocte & mero.*

v.230. IMMANES BESSI( Iſidor.Orig.9. *Beſſi, barbari fuerunt, qui à multitudine boum ſic vocati creduntur.* De iis Plinius lib.4.c.2.Veget.lib.2.c.11.Ovid.3.Triſt. 10.& 4. Triſt.1. Ammianus lib.27. *audaciſſimam Beſſorum gentem* nuncupat.

v.232. ÆQUORIS IRÆ) vide ſupra lib.1. v.37. infra lib.8. v.382. *Noctes atq; dies vaſtis mare fluctibus inter perfurit.*

v.234. MISERÔ LUCTAMINE) Lib.6.v.510. *miſero luſtramine.*

v.259. TRIETERICA ÆRA ) infra v. 624. *Ogygii Trieterica Bachi ſacra.* Evolve Gyrald. hiſt. Deor. Syntag. 17. p.518.

v.261. ROSEIS AURORAM BIGIS) Virg.7.Æneid. v.26. *Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.* Vide Paſchal. 3. Coron.c.7. Natal.Com.lib.6.c.2. & quæ notavi ad Hilarii Geneſin v.68.

v.263. STABILEM QUANDO OPTIMA FACTA DANT ANIMUM) D.Bernhardus tract. De interiori domo c. 45. *Vis nunquam eſſe triſtis? Bene vive. Bona vita ſemper gaudium habet. Conſcientia rei ſemper in pœna eſt.* Lege eundem de Conſcientiâ. Chryſoſt. homil. 1. in c.1. ad Romanos: καθάπερ οἱ διὰ νυκτὸς ἀσελήνου βαδίζοντες τρέμουσι, κἂν μηδεὶς ὁ φοβῶν παρῇ· οὕτω καὶ οἱ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενοι θαῤῥεῖν οὐκ ἔχουσι, κἂν μηδεὶς ὁ ἐλέγχων ᾖ. Gruter. diſcurſ. ad Tacitum parte 2. p.79. & ſeqq.

v. 264. MAIORQ; PIIS AUDACIA CŒPTIS) Imò *non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipsâ rerum difficultate.* D.Bernhard.epiſt.256.

v.265. SERTA PATRI) Paſcal. lib. 4. Coron. c. 15. legit, *Serta capit:* aitq; turbam Bachantium deſcribi hîc ad exemplum ipſius Bachi. vide.

v.265. JUVENISQ; COMAM) Et Ovidius 4. Metam. Bachum ſemper eſſe juvenem contendit:

———*Tibi enim inconſumta juventa eſt.*

Et *intonſus* inſuper pingitur. Ovid. ibid. *Indetonſusq; Thyoneus.* Anthol. 1. c. 38. ἀβρογκόμης & εὐχαίτης appellatur.

v.267. PLENAS TACITA FORMIDINE CISTAS) Gyrald. hiſt. Deor. Syntag. 14. p. 414.

v.269. QUATIT HASTAM) Lib. 6. v. 291. *Furiis ardens quatit arma paternis.*

v.269. HASTAM PAMPINEAM) i. thyrſum. Conſule Camerar. medit. hiſt. cent. 1. c. 93. Caſauben. Satir. poeſi lib. 1. c. 2.

v.271. CORNUA) Bachi imago vulgò *cornuta* pingitur. Camerar. ibidem. Gyrald. hiſt. deor. Syntag. 8. p 260. & 269. Athenæus lib. 11. p. 476. Caſaubon. de Satir. poëſi lib. 1. c. 2. Supra lib. 1. v. 731. *Biſtonas ad meritos cum cornua ſæva Thyoneus torſit.* Lib. 5. v. 79. *Udaque pampineâ nectentem cornua vittâ.*

v.271. MITRA) *Mitra*, geſtamen Bachi. Statius de Bacho lib. 1. Achill. v 626. *Serta comis mitramq; levat.* Lucian. Bach. κερατοφόρος. βοτρύοις ἐστεφανωμένος, μίτρᾳ τὴν κόμην ἐστὶν ἀναδεδεμένος: *Corniger, racemis coronatus, mitrâ comam habet redimitam.* Quid autem mirum, Bachum geſtare mitram, cùm ipſe non ſolùm ſit mas, ſed & femina? Quod antiquitas ideò finxit, ut oſtenderet hunc Deum non tam effeminare viros, quàm mulieribus addere fortitudinem. Unde &

voca-

vocatus eſt θηλύμιτϱ@ ἄρχων, *princeps effeminatus & mitratus.* Fuit autem iſta mitra nivea & cornuta : ut hic Valerius teſtatur. Sophocles Oedipo eam vocat auream, & ipſum Bachum τὸν χρυσομίτραν. Plura lege in teſſellato Coronarum Opere Paſchalii, lib. 4. c.21. Tiraq. Connub.3. p. 58.

v.273. STRIDORE FORES) Iſidor. Orig.1. cap.36. *Onomatopœia, nomen fictum ad imitandum ſonum vocis confuſæ, ut ſtridor valvarum, mugitus boum, balatus ovium.* vide lib.3.v. 238. 277. 565. Lib. 4. v. 497 *ſtridunt alæ.*

v.278. GLISCIT) De hoc verbo vide Barthium, μυσῶν φωρητῶν, lib.35. c.20. infra lib.5. v.371.

v.282. ORGIA) Rittershuſ. ad Oppian. 4. Cyneget. v. 247.

v.287. CANIS PRUINIS) Index Dracont. in *Caneſcunt.*

v.287. UREBAT) Ind. Dracont. in *Adurit.* V. N.3. Triſt.4. v.48.

v.288. PER OPACA SILENTIA NOCTIS) Supra v.41. *Ipſa quies rerum, mundiq; ſilentia terrent.* Lib.5. v. 279. *Nox tulerat feſſis optata ſilentia terris.* Virg. 2. Æneid. ——*Tacitæ per amica ſilentia noctis.* Apulejus lib. XI. *Opacæ noctis ſilentioſa ſecreta.*

v.294. ANNUE VOTIS) Briſſon. de Formulis.

295. BIGAS) Claudian.1. de raptu v.277. *Sparſo nox humida ſomno Languida cæruleis invexerat otia bigis.* Æneid.5. v.721. *Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat.* Seneca Agamem. v.817. —— *Tuas lentè remeare bigas Candida Phœbe.*

v.295. SOPORIFERAS) Ovid. 4.Triſt.1. *Soporiferæ Lethes pocula.* 5.Triſt.2. *Soporiferum papaver.* Metam. XI. v.588. *Soporiferam ſomni aulam.* Glos. κωροφόρ@; *ſoporiferus.*

v.296. DITE SOLUM) *Diti fructu luxuriare vineam*, dixit Cl. Marius Victor lib.3.v.71.

v.301. TAURORUMq; LOCOS) V.N. 4. Triſt. 4. v. 63. Scholiaſt. Juven. ad Sat.15. p.134.

v.305. SOLI NON MITIS ARICIA REGI) Strabo lib.5. Lucan. lib.3.v. 86. ibique Sulpit. & Micyllus. Ovid. 3. Faſt.

v.307. CONGRUERAT) Saresber. lib.1. policrat. c.13. *Grus ſemper adfert, quod expedit; unde & Gruere verbum antiquum, à quo Congruere, quod proficit: & Ingruere contrà, quod officit. Vnde illud: ——Bis vitibus ingruit imber.* Feſtus: *Congruere dictum eſt à gruibus, quæ ſe non ſegregant ſive cum volant, ſive cum paſcuntur.*

v.309. DONANT SOLIO SCEPTROQUE) I. Reginam faciunt. *Sceptrum* enim *& Solium*, duo vera inſignia principatus conjungit. Vide Sagaciſſimum Barthium ad Claudian. lib.1. in Eutrop. v.213.

v.318. PROTEAq; AMBIGUUM) Ovid. 8. Metam. v. 738. Hygin. fab. 118. Gyrald. hiſt. Deor. Syntag. 5. p.161. Julian. epiſt. ad Jamblichum. Caſſiodor. lib.5. var. ep. 34. *Protei fabulis jure ſociandus, qui ſubitò comprehenſus ſubſtantiæ ſuæ formam omnimodis non habebat. Nam ut celeret hominem, aut leo frendebat, aut ſibilabat anguis, aut in undas liquidas ſolvebatur.*

• v.319. PHOCIS) Lib.5. v. 439 *Odryſio gaudebant carmine phocæ.* Gloſ. *Vitulus marinus*, φώκη. Nonnus lib.1.v 38. φωκάων βαρὺ δέρμα. vide Rittershuſ. ad Oppian.3. Cyneget. v.114. & Hal.1. v.406.

v.333. COQUITURq; VAPORIBUS) I. calet, calefit. Circuitio poetica. *Vapor*, pro calore. Gifan. Ind. Lucret.

v.339. INCUSÆ MASSÆ) *Incudere*, verbum τῆς τορευτικῆς, pro imprimere cudendo. Virgilius: *Cratera impreſſum ſignis*. Græci ἐμπιέζειν hæc dicunt & ἐμπαίειν.

quod

quod planè eſt incendere. Unde ἐμπαιστικὴ τέχνη, quæ operibus argenteis ſigna aurea imprimebat. Huc refer verba Senecæ epiſt. 5. *Non habemus argentum, in quod auri cælatura deſcenderit.* Pro, malleo ducere, ſimpliciter aliquando uſurpatur; ut hoc loco. Caſaubon. ad Perſii Sat 2. p 209.

v. 342. TYRIÔ OSTRÔ) Apud Tyrios infecturam puniceam inventam; docet Caſſiodorus 1. var. 2. Seneca Thyeſte v. 952. *Tyrio ſaturas oſtro rumpere veſtes.* Herc. Oet. v. 644. *Ceſpes Tyrio mollior oſtro.* Virg. 3. Georg. v. 17. *Tyrio conſpectus in oſtro.* Vide Politian. miſcell. c. 12. Scholiaſt. Juvenal. Sat. 10. p. 102. b. & p. 93 a.

v. 348. CIRCÙM PATERIS IT BACHUS) Lib. 5. v. 693. *Fertq; gravem Phrygius circùm cratera miniſter.*

v. 350. IN SERAS DURANT SERMONIBUS UMBRAS) Æneid. 1. v. 757.

*——Variô noctem ſermone trahebat*
*Infelix Dido.*

v. 352. REGIS VIS) i. rex, periphraſis uſitatiſſima. Supra lib. 1. v. 561. *robur Herculeum.* lib. 3 v. 209. *pugnæ opus.* lib. 5. v. 183. *juga equorum.* lib 6. v. 559. *boum corpora.* Adi Ritterſhuſ. ad Oppian. 1. Hal. v. 105.

v. 353. MOLEM RATIS) Lib. 1. v. 604. *Graja novam ferro molem commenta juventus.*

v. 354. COLLIGIT IGNES) Dracont. hexaem. de Lunâ v. 485. *Atq; per aſcenſus & cornua colligit ignes.* Et Hilar. in Geneſ. v. 75. *Mutat Luna ſuum; &, quos perdit, colligit ignes.*

v. 354. BLANDOS IGNES) *Ignis*, pro amore; uſitatiſſimum ſcriptoribus. Lib. 3. v. 735. *Urit amor.* lib. 4. v. 352. *Virginis Jaſiæ blandos deſcendere ad ignes.* lib 5. v. 110. *Blandoſq; Jovis quæ luſerat ignes.* lib 6. v. 454. *Quid ſi cæcus amor, ſævusq; acceſſerit ignis?* Et v. 657. *Neq; enim Deus amovet ignes.* Appellatur & *Flamma.* Lib. 6. v. 4 6. *Nullus honor thalamis, flammave in nocte priores.* Et v. 663

*Sæva*

*Sæva trahitur dulcedine flamma.* ibid. v. 673. nominat *faces.* Adi Tiraq. Connub. 15. n. 58. & ſeq.

v. 365. NIGER) Horat. Epod. 10.

*Niger rudentes Eurus inverſo mari*
*Fractoſq; remos differat.*

v. 365. MAGNIS CUM FRATRIBUS) Cardinales innuit ventos. V. N. 1. Triſt. 2. v. 27. infra lib. 6. v. 163. *Nec ſic fratribus adverſâ Boreas reſpondet ab undâ.*

v. 366. INTONAT ÆGÆO) Artemidorus lib. 2. Onirocrit. c. 12. καὶ τὸ φοβερώτατον πέλαγ☉. αἰγαῖον λέγεται. Quod teſtatur & Dionyſius in Periegeſi:

ὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ' ὀφέλλει
ὑψόθι μορμύρων ἕτερ☉ πόρ☉ Ἀμφιτρίτης.

Infra v. 381. *Ægai ſcopulos profundi.* Horat. 3. Carm. 29. *Ægæi tumultus.* vide ſupra lib. 1. v. 634. De nomine, Varro lib. 5. de LL. & Plinius lib. 4. c. 11. Virg. 12. Æn. v. 365. *Boreæ cùm ſpiritus alto Inſonat Ægæo.*

v. 381. RERUM AMOR) Per *rerum* vocabulum, geſta ſive τὰ πραττόμενα poſſumus intelligere. *Zinzerling. Amicus noſter* παλαφέστατ☉, Crit. promulſ. c. 42. Et hoc ſignificatu legitur, lib. 1. v. 102. *Necdum data copia rerum.* v. 99. *Rebuſq; in ſæcula tollat.* v. 823. *primoq; rudem ſub limine rerum.* lib. 3. v. 349. *rerum labor*, lib. 4. v. 53. *nec res ultrà mirabere noſtras.* v. 557. *rerum vias.* Et alibi.

v. 386. BELLATOR EQUUS) V. N. ad Dracon. v. 160. *Equus*, pecus utile bellis. infra lib. 5. v. 585. *Bellatoris equi.* Ita *taurus bellator*, apud Statium 3. Theb. v. 330. & 9. v. 685. *venator equus.* Vechner. lib. 1. hellenolex. c. 3. infra lib. 3. v. 207. *mugitor veſuvus.*

v. 388. SI MARTIUS AURES CLAMOR) Ovid. 3. Metam. v. 704.

*Vt fremit acer equus, cum bellicus ære canorô*
*Signa dedit tubicen, pugnæq; adſumit amorem.*

v.389. OBLITI) παθητικῶς. Ita Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. 7. v. 51. Elenchum bene longum verborum deponentium, paſſivè uſurpatorum, contexit Barthius perſpicaciſſimus, lib. 25. cap. 7. infra lib. 4. v. 163.

v.392. ARMA) Armamenta velaq;, Græci ὅπλα vocant. Eorum imitatione dictum eſt Æneid. 5. v. 15. *Colligere arma jubet, Validisq; incumbere remis.* Statius 10. Theb. v. 180. *Stupet ipſa ratis, tandemq; ſequuntur Arma, neq; accedit domino tutela minori.* Turneb. 19. Adverſ. c. 29. Iſidor. Orig. 18. c. 5. *Arma*, generaliter omnium rerum inſtrumenta ſunt; unde &, ubi reponuntur, armaria dicta ſunt. Oppian. 1. Cyneget. v. 121. ἀργυφέας λινοπτερύγων ὅπλα νηῶν. Theocrit. Idyll. 13. κυανοπρῴροιο ὅπλα. vide Gyrald. de navig. c. 12. infra lib. 4. 646. *Ipſe per arma volans.* Lib 5. v. 214. *Arma jubet celſa ſocios depremere puppe.*

v.398. THALAMOS IMBUERE) Sæpiùs hoc verbum ad rem nuptiarum transfertur. Silius lib. 3. *Virgineis juvenem tedis primoq; hymenæo Imbuerat conjux.* V. N. ad Pervigilium Veneris v. 66.

v.404. CHARIUS PATRE) Dictum enim Ariſtotelis eſt, Ethic. 9. c. 2. parentibus exhibendam τιμὴν καθάπερ θεοῖς. Svaviſſimiſq; ſunt verſus Callimachi, apud Stobæum: γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον, Κοῦροι τὸν φιλέωσι. Adi Gruter. Diſcurſ. ad Tacit. parte 1. p. 20. & ſeqq. Commentar. Terent. p. 311.

v.404. CAPUT) *Caput*, pro homine, συνεκδοχικῶς. V. N. 1. Triſt. 1. v. 72. Supra lib. 1. v. 203. 267. lib. 3. v. 509. lib. 5. v. 294. lib. 6. v. 579. 651. 687. lib. 7. v. 93. lib. 8. v. 346.

v.409. TEXTOSQ; LABORES) Solebant olim veſtes auro intexere, variis picturis exornare. Meurſ. ad Lycoph. p. 275. vide ſupra lib. 1. v. 428. & lib. 3. v. 10. & 339. Virgilianus Æneas lib. 1. v. 656,

*Munera*

*Munera præterea Iliacis erepta ruinis*
*Ferre jubet, pallam ſignis auroq; rigentem,*
*Et circumtextum croceo velamen acantho,*
*Ornatus Argiva Helenæ quos illa Mycenis,*
*Pergama cùm peteret, inconceſſoſq; hymenæos,*
*Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.*

v.414. FRONDOSÆ IDÆ) Theocrit. Idyll. 17. Ἴδαν πολύδενδρον nominat.

v.424. PER HUNC, UTERO QUEM LINQUIS) Formula obteſtandi per præpoſitionem PER. Gloſ. νὴ τὸν, ἐπὶ ὅρκε, Per. Lib. 5. v. 194. *Per genus atq; pares tecum mihi Phryxe labores; Tu, precor, orſa regas.* Lib. 6. v. 305. *Teq; per hanc, genitor, oro caniciem.* Et plerumque inter præpoſitionem ejuſq; caſum aliquid interponitur: ut præclarè obſervavit Turnebus lib. 19. Adverſ. c. 17. Comment. Terent. p. 113. Vechndi. hellenolex. 2. c. 13. Briſſon. de Formulis. Liberi autem partes ſunt ſanguinis parentum, atq; adeò quædam quaſi membra unius corporis. Itaq; Dido ad Æneam, apud Ovid.

*Forſitan & gravidam Dido, ſcelerate, relinquis;*
*Parsq; tui latitat corpore clauſa meo.*

P. Faber 3. Semeſt. c. 8.

v.429. FLAMINA PORTANT) Onomaſt. *Flamen*, πνεῦμα. Lib. 1. v. 266. *Ventoſq; optare ferentes.* lib. 7. v. 25. *Grataq; jam feſtis deſcendunt flamina remis.* lib. 8. v. 174. *Te venti procul & tua fata ferebant.*

v.430. FUGIENTIS CLAVI) Statius 2. Theb. v. 107. *Verſantiſq; æquora clavi.* Eſt autem *Clavus* gubernaculum navis, οἴαξ, qui in nave pangitur, ut clavus, infra lib. 3. v. 40. Sidonius Apollin. lib. 9. ep. 16. *Nec bipertito timuit profundo Flectere clavum.* Transfertur hinc ad Reipub. gubernacula. Silius lib. 4. ——— *Clavumq; regendæ Invaſit patriæ.* Cicero pro Sextio: *Quis enim clavum tanti imperii, & gubernacula Reipub. tractare in maximo curſu ac fluctibus poſſe arbitraretur hominem, &c.*

Eadem

Eadem metaphorâ Civitatum præfecti διακονέμοι dicuntur ab Æſchylo in Prometheo, & πόλεως οἴακα νωμῶν, & ναυκληρεῖν πόλιν. Deſid. Herald. animad. in Jamblich. c. 5. vide & Scholiaſt. Sophoclis ad Oedipum Tyran. p. 71. a. lin. 4. Eundem ad modum cum navi Reſpub. confertur apud Dionem lib. 52. p. 465. Gunth. lib. 1. v. 193. Silium lib. 4. v. 713. & ſeqq. Horat. 1. Carm. 14.

v. 434. DEMISSA JOVI) pro Jove. Scal. ad Manil. p. 508.

v. 435. ASPERAT UNDAS) Virg. 3. Æneid. v. 285. *Et glacialis hyems Aquilonibus aſperat undas.* infra lib. 5. v. 368. *Magis aſperat ignes Sirius.*

v. 438. RESERANS SECRETA) *Reſerare*, hîc pro explicare, planum facere, pandere. vide ſupra lib. 1. v. 660. Arnob. lib 2. *Naturalia reſerare ſecreta.*

v. 439. HACTENUS IN POPULOS VATES SAMOTHRACA DIEMQ; MISSA MANE) Sic Giſan. Ind. Lucret. p. 415. hunc locum ex v. c. ſcribit ac interpungit. Poeta cùm de ſacris Bonæ Deæ (quæ in inſulâ Samothraca ſeu Samothraciâ, nam & Thracia, & Thraca & Thracæ dicunt veteres, primùm dicuntur inſtituta) ageret; eaq; ſciret omninò nefas eſſe divulgare: concisâ (ut in rebus abditis fieri ſolet) oratione Thyorem ſeu ſacerdotem, narrare ſacra tentantem, reprimit. *Satis*, inquit, *ſeu hactenus nec alterius miſſa ſit Samothraca, pro, ſacra & myſteria inſulæ, in vulgus, in populos, & in lucem ſeu diem. mane, reprime, ſile: ac ſervemus ſacris, quæ proferri eſt nefas, ſuum honorem ac religionem.*

v. 440. METUM) pro religione. Virgil. lib. 7. v. 60. de lauru: *Multoſq; metu ſervata per annos.* Giſan. ibid.

v. 440. SACRIS OPERTIS) *Sacra operta*, κρύφια, qualia erunt Eleuſinia, Samathracia, Mithriaca, Cotyttia,

tyttiã, & alia id genus. Hos autem verſûs Claudius Salmaſius, ſubactiſſimi vir ingenii, in Notis ad Ælium Spartianum p.32. felici conjecturâ ſic reſtituit ex veteris codicis veſtigiis, & Apollonio Rhodio:

*Hactenus in populos vates Samothraca, deûmq;*
*Myſta vale, ſacriſq; metum ſervemus opertis.*

Græcus poeta lib.1. Argonaut. ita:

τῶν μὲν ἔτ' ἐ προτέρω μυθήσομαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
νῆσος ὅμως κεχάρειτο, καὶ οἱ λάχον ὄργια κεῖνα
Δαίμονες ἐνναέται, τὰ μὲν ἐ θέμις ἄμμιν ἀείδειν.

Pro Diis, quos valere jubet Apollonius, ſacerdotem & myſtam deorum illorum alloquitur Valerius, cujus præcedente verſu mentionem fecerat:

———*Terris adytiſq; ſacerdos*
*Excipit, hoſpitibus reſerans ſecreta ſacerdos.*

Ubi *Secreta* poſuit, ut Petronius, pro orgiis & occultis ſacris, quæ & *operta ſacra*; *occulta* Tibullus: ———*Et occultis conſcia ciſta ſacris.* Barthius quoq; lib.40. c.13. *ſacra operta* interpretatur *myſteria.*

v.443. NAVITA CONDEBAT) Condere, hîc eſt è conſpectu amittere. Lib.4.v.635. *Abſcedunt terræ & littora condunt.* lib.5. v.106. *Teq; citâ penitus condunt Erithia carinâ.* vide lib.1.v.255. & 496. & ſupra hoc libro v.7.8. Virg.3. Æneid.v.291. *Protinus aerias Phæacum abſcondimus arcem.*

v.444. ET SOL ÆTHEREAS MEDIUS CONSCENDERAT ARCES) Meridiei notatio. Infra lib. 3.v.480.

*Iam ſummas cæli Phœbus candentior arces*
*Vicerat, & longas medius revocaverat umbras.*

Ovid. *Cum Sol ex æquô metâ diſtabat utraq;.*
Nonnus lib.48. v.1266.

——— ———πάλων
καρχαλέης πυρόεντα μεσημβρινὸν ἦχον ἱμάσθλης
ἥλιος σελάγιζε.

V.448. TRACTÔ PARS FRANGIT ADOREA SAXÔ FARRA) *Fruges* Latinâ voce à *φρύγω* verbo; quod eſt frango, appellatæ. Frangebantur enim ſaxis aut aliâ re, antequam inciperent moli à molis: ut indicat Virgilius 1. Æneid. v.183. *Et torrére parant flammis, & frangere ſaxô.* Talenton. rerum reconditarum lib. 1. c. 5.

v.448. ADOREA FARRA) Glos. *Adorea*, εἶδος σίτου. Et *ador*, ζειά: ut corrigit Vulcanius, qui videndus in Notis. *Farra*, ὄλυραι. ζειά. *Far*, ζειά, σῖτος, ὄλυρα.

v.449. CITUM STRICTIS ALIUS DE CAUTIBUS IGNEM) Imitatio Virgiliana 1. Æneid. v. 178. vide.

v.451. LITTORA LEGUNT) Iſidor. orig. 10. *Lector à legendo dicitur, hoc eſt, percurrendo; unde & navis dicitur legere, quicquid tranſit.* Minucius Felix Octavio: *Oram curvi molliter littoris, iter fabulis fallentibus, legebamus.* Barth. ad Claudian. in 3. Conſ. Honor. v. 119. infra lib. 3. v. 36. *Spumoſamq; legunt fractâ Scyllacea ab undâ.* Joſeph Iſcan. lib. 6. v. 481. *Quas remo laſſarit aquas, quos legerit olim Portûs, quæ freta, quas urbes.*

v.452. ANFRACTU) *Anfractus*, ab *am*, id eſt, *circum*, & frango. Glos. *Anfractus*, περιφορής. Lib. 4. v. 726. *Atq; hac Europam curvis anfractibus angit.* Lib. 6. v. 240. *Anfractu levioris equi deludit anhelos.*

v.452. VOX ATTIGIT AURES) Plaut. Amphit. *Vox mihi ad aures advolavit.* Lucret. lib. 4. —— *Quæ pars vocum non aures incidit ipſas.* Senaca Octaviâ v. 69. *Vox en noſtras perculit aures triſtis alumna.*

v.460. MAPALI) Glos. *Mapalia*, καλύβαι. Prudent. præfat. Pſychomach. *Senis reviſit hoſpitis magalia.* Ubi in Miſc. ad oram: *Magalia & Mapalia idem ſunt, h.e. caſæ paſtorum, quæ & tugurium.* καλιὸς, ἀγροίκου οἶκος.

v.461. CÆCÔ CLAMORE) *Cæcus* notat eum quoque, qui intelligi nequit. Barth. lib. 13. c.21. vel, incondito.

v.466. PARIUSVE NOTAS ET NOMINA SUMIT CUM LAPIS) V. N. ad Prudent. 2. in Symmach. v. 246.

v.478. REPENS) Eſt ſubitus, verbum poeticum & hiſtoricum magis, quam Oratorium: quô tamen Cicero uſus eſt 3. Tuſc. *Quanquam hoſtium repens adventus magis aliquantò conturbat, quam expectatus.* Giſan. Ind. Lucret. Supra v. 91. —*Vos inde repens ut perculit urbem.* Seneca Troade v. 425. *Quis te repens commovit afflictam metus?* Virg. 12. Æn. v. 313. *Quò ruitis? quæve iſta repens diſcordia ſurgit?*

v. 482. CORNIGER AMMON) Claudian. de IV. Honor. Conſ. v. 143.

*——— ———Tibi corniger Ammon;*
*Et dudum taciti rupere ſilentia Delphi.*

Hygin. fab. 133. V. N. ad Prudent. Apoth. v. 511.

v. 491. NEPTUNUS MUROS CUM JUNGERET ASTRIS) V.N. ad Prudent. 2. in Symmach. v. Natal. Comitem lib. 2. c. 8. & lib. 4. c. 10. Trojam his verſibus prædicat Dionyſius Afer in Periegeſi:

Ἴλιον ἀγλαὸν ἄϛυ παλαιγενέων ἡρώων·
Ἴλιον ἣν ἐπόλισσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

v. 493. FACIES LITTORIS) Supra v. 216. ut & lib. 8. v. 312. *facies celerum.*

v. 500. ORDINE TRISULCÔ) Erythræus Ind. Virg. contendit cum illis 3. Georg. & 2. Æneid. *Linguis micat ore triſulcis.*

v. 506. AFRICUS) V. N. ad Horat. Oden XVI. Epod. v.

v. 508. ORION) Supra v. 62. prima corripitur: *Tantus Orion iam cadit.* Et lib. 4. v. 123. *Et nunc chaon implet Orion.* vide Poet. Giſſen. lib. 1. c. 2. p. 17.

v. 510.

v.510. SURGENTEMQ; TORIS) Lib. 1. v.253. *Conſpicuusq; toris Tirynthius.* vide infra lib.4.v.246.

v.513. MOTUMQ; à SEDIBUS ÆQUOR) Seneca Agamem. v. 475.

*Rapiuntq; pelagus, infimô everſum ſolô.*

Virg. 1. Æneid. v. 880.

——*Totumq; à ſedibus imis* (mare)
*Unà Eurusq; Notusq; ruunt.*

v.522. NON ILLA MAGIS, QUAM SEDE MOVETUR ERYX) V. N. 2. Pont.2. v.51. Pomp. Mela lib. 2. *Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Ænea conditum.* Et Solinus polyhiſt.c.11. de Siciliâ: *Eminet montibus Ætna & Eryce. Vulcano Ætna ſacer eſt, Eryx Veneri.*

v.524. TELO VOLUCRI) Sic Virg. 9. Æneid. v.698. *Volat Itala cornus Aera per tenerum.* ibid. v. 411. *Haſta volans noctis diverberat umbras.* Et lib. 4. v. 71. *Volatile ferrum.* infra lib.3.v.77. *Donec & haſta volans immani turbine tranſtris inſonuit.* Lib.7. v.630. *Tela volant.*

v.546. QUALIS PER PASCUA VICTOR INGREDITUR) Statius 3 Theb. v.330.

——— *Sic nota in paſcua taurus*
*Bellator redit, adverſo cui colla ſuoq;*
*Sanguine, proſciſſiq; natant palearibus armi:*
*Tunc quoq; laſſa tumet virtus, multumq; ſuperbit*
*Pectore deſpecto; vacua jacet hoſtis arena*
*Turpe gemens, crudoſq; vetat ſentire dolores.*

Confer Ritterſhuſ ad Oppian. 2. Cyneget. v.53.

v.547. COLLA TUMENS) Seneca Hippol. v.1039. *Opima cervix arduos tollit toros.*

v.549. BELLO QUOS ULTUS AMORES) Seneca Hippol. v. 338.

*Venere inſtincti quàm magna gerunt*
*Grege pro totô bella juvenci!*

v. 558. FUNERA TROIÆ) Ovid. epiſt. Ulyſſis:
——— *Verſa poſt funera Trojæ*
Vide P. Fabrum I. Semeſt. c. 9.

v. 563. POST QUANTA PERICULA) *Quanta, pro quot.* Quantitas continua pro diſcretâ; ſive magnitudinis verbum pro multitudine ſeu numero. Sidonius: ——— *Suffragia tot ſunt, Quanta legit mundus.* Ambroſius in Tobiam c. 7. *O quantos miſeros aliena fecerunt bona!* Obſervavit hoc loquendi genus & Ritterſhuſ. ad Gunther. lib. 4. v. 373. itemq́, Caſaubonus ad Spartianum: atq; ſic apud Græcos. τόσους & τοσούτους confundi. vide infra lib. 5. v. 34.

v. 568. TACITUSQ; DOLOS DIRUMQ́, VOLUTAT CORDE NEFAS) Hoc eſt, quod Homerus Odyſ. ϛ. ait: ἐσθλ᾽ ἀγορεύειν, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδομεύειν. Sive, ut Odyſ. σ΄. εὖ μὲν βάζειν, κακῶς δ᾽ ὄπιθεν φρονεῖν. Quam in ſententiam Salluſt. de bello Jugurth. *Ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat.*

v. 571. BIS HERCULEIS DEBERI PERGAMA TELIS) Seneca Troad. v. 131.

> *Nil Troja ſemel te rege tulit,*
> *Bis pulſata Dardana Grajô*
> *Mœnia ferrô, bisq; pharetras*
> *Paſſa Herculeas.*

v. 572. NOX DORICA) Giſan. Ind. Lucret. p. 334. *Nox Dorica*, ut apud Virgil. 2. Æneid. *Dorica caſtra*; itaq́ue dictum videtur, ut *dies Allienſis*; quâ nocte Dores ceperunt & inflammarunt pergama. V. N. in Ibin. v. 485. Nec audiendus Politianus miſcell. c. 5. qui, *Nox durica*, ſubſtituere conatus eſt. Jan. Caſper. Gevart. ad Statii lib. I. Silv. carm. 3. c. 23.

v. 575. OSTIA PONTI) vide lib. 8. v. 292. 293. 370. infra v. 598. lib. 6. v. 51. lib. 7. v. 85.

v. 580. PANDITUR CARBASUS ALIS) Vide ſupra

lib.

lib.1. v.692. Zinzerling. in Promulſ. Criticæ, diatribe 2. p. 200.

v.581. TUMULES PRÆLABITUR ILI) Theocrit. Idyll.16. v.75. ἐν πεδίῳ Σιμόεντος, ὅθι Φρυγὸς ἠρίον Ἴλου. Meurs. ad Lycoph. p. 176. Ambo autem ſecuti ſunt Homerum Iliad. λ.

οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο
Μέσσον κὰπ πεδίον παρ' ἐρινεὸν ἐσσεύοντο.

Barth. lib.35. c.18.

v.583. UNDA IGNIBUS VIBRAT) i. radiat. Supra v.342. *Tyriô vibrat torus igneus oſtrô.* lib.3. v.141. *Cingula ſubluſtri vibrantia umbrâ.* lib. 2. v. 67. *Quô ſidere vibret enſis.* lib.7. v.616. *Infeſtâ vibrantes caſſide terras.* lib.8. v.306. *vibrataq; flammis æquora.*

v.611. TUM PELAGO VINA INVERGENS) Natal. Com.lib.1. c.XI. Æneid.6. *Frontiq; invergit vina ſacerdos.* vide Perottum in *Vergere.*

v. 615. ASIAMQ; PREMENTEM EFFUGIT ABRUPTIS EUROPA ORIS) Solinus polyhiſt. cap.15. *Omnis autem magnus Helleſpontus ſtringitur in ſtadia ſeptem, quibus ab Europâ Aſiaticam plagam dividit.* Et c. 22. *Quartus Europæ ſinus Helleſponto incipit. Meotidis oſtio terminatur. Atq; omnis hæc latitudo; quæ Europam Aſiamq; dividit, in ſeptem ſtadiorum anguſtias ſtringitur. Hic eſt Helleſpontus, &c.* Iſidor. Orig.13. c.16. Plin. lib. 5.c.32. Ovid.4. Pont.10.v.55. infra lib.4. v.726. & lib. 8.v.396. Statius Achill.1.v.408 *Phryxi quà ſemita jungi Europamq; Aſiamq; vetat.*

v.618. NEPTUNIA CUSPIS) Lycophron nominat τριώρυχον δόρυ. Ibi Meurſ. p.202. lib. 1. v. 115. *Imbrem & tenebras ſævumq; tridentem torſiſſem.* vide lib. 1. v. 646.

v. 620. UT SICULUM LIBYCUMQ; LATUS) Ex Virg.3. Æneid. v.414.

v.621. OCCIDUIS REGNATOR MONTIBUS ATLAS)

De eô Solinus polyhiſt. c.37. Diodor.Sicul.lib.3.p.193. & ſeq. Franc. Tarapha rerum Hiſpan.T.1. p. 523. ibidemq; Joh. Vaſæus p.595. Joh. Mariana T. 2. lib.1. c. 10. Iſidor. Orig. 14. c.8. Virg. 4. Æneid. v. 247. Ovid. 4. Metam. v.631. & Metam. 6. v.174. Joh. Grammat. Gazæus in Tabellis univerſi apud Rutgerſ. lib. 2. var. lect. c 7. v.95. Natal Com. lib.4. c.7. Nonnus lib. 2. v. 263. & 13. v.260. & 31. v.104. & 38. v.350. Euripid. Jone v.1. Lucanus lib.4. *Cardine ab occiduô vicinus Gadibus Altas.* Statius 5. Theb v.440. *Cœlifer Atlas* Et lib. 8. 8. v.315. *Aſtriferumq; domos Atlanta ſupernas Ferre laborantem.* infra lib. 5. v.410.

v. 624. OGYGII BACHI) Natal. Com. lib.5. c.13.

v. 627. VELAMINA TEMPLI) Joh. Bapt. Pius annot. poſt 146 T.1. Crit. p.531.

v. 635. SURGIT URBS) Supra lib. 1. v. 498.

v. 639. DEXTRAMQ; AMPLEXUS ET HÆRENS) Virg. 8. Æneid. v. 124. *Accepitq; manu, dextramq; amplexus inhæſit.* Manus autem datio, amicitiæ & fidei ſignum eſt. vide lib.3. v.13. lib 5. v.494. lib.6. v.12. lib. 7. v.344. 650. Barth. lib.25. c.8. Ritterſhuſ. ad Gunth. lib.8. v.53. Bernart. ad Statium 1. Theb. p. 68.

v 645. NAM LICET HINC SÆVAS) Pomp. Mela lib.2. initio Ammian. lib. 22.

v. 649. SCYTHICI SACRI) Ammian. lib. 22. *Diis enim hoſtiis litantes humanis, & immolantes advenas Dianæ, quæ apud eos dicitur Orſiloche, cæſorum capita fani parietibus præfigebant, velut fortium perpetua monumenta facinorum.*

v. 453. PRIMÆVA, MINISTRI, CORPORA) *Primævus* juvenem notat. Martin. in Lex. *Primævus in primo ævi (id eſt, ætatis) flore conſtitutus.* Virgil. 10. Æneid. *Fidens primævo corpore Lauſus.* Vide *Barthium, eruditionis theſaurum,* ad Claudian. lib. 1. de laud. Stilic. v. 51. infra lib. 6. v. 570. *Primævus Helix.* Hinc *primum*

*ævum,*

*ævum*, lib.5 v. 357. & lib. 7. v. 3;8. Opponitur huic *Grandævus*: & infra lib. 3. v. 266. *grandævum vulgus*. lib.8. v.150.

v.661. CONCURRERE) De congreſſu & conflictu in bellis hoc verbum uſitatum eſt. Horat.

*——Quid enim? concurritur, horæ*
*Momento cita mors venit aut victoria læta.*

Infra lib.6.v.·5. *Quid opus concurrere, nec quos oderis?* v.177. *Primasq; ſinit concurrepugnas*. v. 241. *Sed non iſdem artibus æquè concurrunt*. v.408. *In ſua venſi funera concurrunt*. lib 7. v.177. *primasq; ſinit concurrere pugnas*. lib.3.v.511. *Phrygiis ultrò concurre monſtris Nempe virum*. lib.4 v.112. *Sumtusq; occurrere contrà cæſtibus*. v. 155. *Namq; iſti fruſtrà quiſnam concurrere monſtro audeat?* v. 194. *Contraq; occurrere poſcunt.*

v.662. SE FUNDAT RATIBUS) Supra lib. 1. v. 253. *Molli funduntur in alga*. lib. 3. v. 3. *Vrbe profuſi Æneadæ.*

v.664. NOX PLURIMA) pro, plurimùm, vel maxima & potiſſima pars noctis. Lib.6.v.223. *Cui plurima ſilvis pervigilat materna ſoror.*

v.665. LUX) Metonymicè pro die. lib.3.v.48. *Lucis ad horas*. v.213. *Iam luce propinqua*. lib. 2. v.589. *primæ ſub luce*. lib.5.v.1 *Altera lux haut-læta viris emerſit olympo*. V.N. 2.pont.1. v.25.

---

## AD
# LIBRUM III.

VERS. I. TITHONIA) Lib.1.v.311. *Alma novo criſpans pelagus Tithonia Phæbo*. Virg.4. Æneid v.585. *Tithoni croceum linquens Auroracubile*. Natal. Com lib. 6.c.2.

v.2. EXSUPERATQ; POLUM) Baſil. Seleuc. Orat. in